

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Meritum p
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Meritum p:

←
Grandis uiolencia est in terra nasci et
celum rapere et habere per uirtutem quod
non possumus habere per naturam.
Regnum celorum uim patitur

quia gloria Domini Israel patribus debita, a prophetis
nunciata, a Christo oblata, fide gentium
occupatur et rapitur,
dum per penitentiam quam Iohannes predicauit,
reuiuiscunt
ad celestem patriam

quasi in alienum locum redeuntes.

→
Crisostomus Mattheum XI.

Fons proximus:

A diebus iohannis et cetera. Apostolos dominus ad
oues que per domo israel ire iusserat vt ad regnum
reducerentur. Sed hoc predicatio ad profectum
publicanorum et peccatorum versa est qui crediderunt.
Ceterum iohanni a plebe non creditur. christi opera non
autorisantur. quia crux est scandalo. iam prophetia
cessat. iam lex expletur. Christus aliis predicatur. et ab
aliis recipitur sui respuunt. inimici accipiunt. Itaque
regnum celorum vim patitur.

quia gloria israel patribus debita. a prophetis
nunciata. a christo oblata. fide gentium
occupatur et rapitur.

Vel a diebus iohannis qui penitentiam predicauit qua
peccator reuiuiscit. et non ante. quia lex penam intulit. et
non per penitentiam uiuificauit. Patria celestis vim
patitur dum peccator ad eam.

quasi in alienum locum intrat per penitentiam.

Grandis uolentia est in terra nasci et
celum capere: et habere per uirtutem quod
non possumus per naturam.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Mattheum,
11.12 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).

Fontes primi:

Itaque

uim regnum caelorum patitur
inferentes que diripiunt,
quia gloria Israel a patribus debita, a prophetis
nuntiata, a Christo oblata, fide gentium
occupatur et rapitur.

Hilarius Pictauensis, *Commentarius in Mattheum*, 11.7
(SC 254, J. Doignon ed., p.260, ll.23-26).

Grandis est enim uiolentia in terra nos esse generatos et
caelorum sedem quaerere possidere per uirtutem quod
non tenuimus per naturam.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangelium*
Mathei, 2 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., p.80,
ll.104-106).